

Alte Drucke

**EPITOME || COLLOQVIORVM || ERASMICORVM, CONTI-||NENS
IN SE COMMVNIORES || quotidiani sermonis formulas, nunc
|| denuò in puerorum vsum || ædita.|| ...**

Erasmus, Desiderius

Köln, 1585

VD16 ZV 27952

IOAN. TEXTORIS depace carmen.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149804

IOAN. TEXTORIS

de pace carmen.

Agricola pigri, infundite semina campis,
Vt spicata duplex foenus arista gerat.
Reptile cornigeru inuerrite bobus aratrum,
Torquentes iidem vomer hiulcet agros.
Et quum protulerint flauis sua gramina culmi,
Iugera productis tunc spoliata comu.
Nec vos mortiferi turbent incendia belli,
Omnia pestifera semina litis eunt.
Infernas te Persiphone comitatus ad Vmbra,
Mars habitat Stygij carceris exilium.
Praeteritis Bellona iacet viduata triumphis,
Et veteris sceptrum perdidit Imperij.
Pax hominum votis quoties quaesita resurgit,
Et caput auricomi solis vtranz domum.
Nec modicè patitur scintillam vincere litus,
Quin terras omnes imperiosa tenet.
Dicite Iô iuuenes, redeunt Saturnia regna.
Venit & antiquae religionis honos.
Ecce hilares suavis tendit concordia pennas,
Vernaq; Cecropia crescit oliua Dea.
Claudite Romulida iam modò templa bisfrontis,
In media capius langueat ade furor.
Innumeruq; etiam victus post terga catenis,
Sanguineo rabie percitus ore fremit.
Tu modò Lemniacis requiem concede ministris,
Ferrea coeligena qui facis arma Ioui.
Nil opus est missa Parib; post terga sagitta:

DIALOGVS.

Tela nec inflexis arcubus acta iuuant.
 Pentisileam nec opus vectare securim.
 Qua leuis Harpalice I hermodoonta fecat.
 Saxea nil profunt Balearis verbera fundæ,
 Nec qua fulminiger projicit arma tonans.
 Nec opus abiectæ corpus defendere peltis,
 Compressam galea nil onerasse comam.
 Nec iuuat ærijs componere turribus ignes,
 Aut tacitas summis turribus excubias.
 Nil teretifas est portas occludere ferro:
 Proditor à tutis vrbibus hostis abest.
 Dicite id iuuenes, latum pæana canamus:
 Mascula cœlitibus ponite thura Deū.
 Innocua siquidem venerunt tempora paci,
 Mortua sopita semina litis eunt.
 Per vicos celebres, per compita spargite flammæ,
 Suauidici nubes tangite carminibus
 Depositoq; metu ferratas pandite portas:
 Exulet à veteri Mars piter imperio.
 Neptuni bellator equus concessit oliuæ,
 Palladis arma tacent, Pax diadema capit.
 Pax capit imperium, Mauors discessit ad vmbra:
 Discessit Mauors, Pax capit imperium.
 Dialogus pueri & Præceptoris.

P V E R.

Q Vid facie do vitam æternam possidebo?
 PR. In lege quid scriptum est, quomodo
 legi?

DIALOGVS.

legis? PV. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. PR. Rectè iudicasti: hoc fac, et viues. PV. In his duobus mandatis tota ne lex pendet, & propheta? PR. Maxime: qui enim diligit proximum, legem impleuit, Nam illa: Non occides, Non furaberis, Non adulteraberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces rem proximi tui, & si quod est aliud praeceptum, in hoc sermone summam comprehenditur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. PV. Non potest amor Dei subsistere sine dilectione proximi. PR. Nequaquam. PV. Cur non? PR. Nam qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauferit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Ad hac, dicit Ioannes Euangelista: Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Quia Deum nemo vidit vnquam. Si igitur inquit, esurit inimicus tuus, pasce illum: si sitit, da illi potum. Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius, & Dominus reddet tibi. Ideo hoc praeceptum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

DE.

DIALOGVS.
DECEM DEI VERBA,

sive praecepta.

Mente Deum tota venerare, & semper adorā.
Non iures frustra sanctissima nomina Diuūm.
Hinc caueas festis quicquam exercere diebus,
Quod vetitum est, Magno pius affice honore pa-
rentes,

Non hominem occidas. Nunquā furare. Malignus
Esse caue testis, Nec non bonus effuge lectum
Concutere alterius, tædas foedare iugales.
Non modo ne turpis sis, lege iuberis, adulter:
Sed ne nupta quidem alterius tibi mente petatur.
Cuncta aliena, bonus quò sis, cupijssc caucto.

ADVERSVS CALVMNIAM;

*Hendecasyllabi Phalatij, per Nā-
colaum Ditrichum.*

Doctōrum haud lacerare me libellos
Quisquam existimet, At capaciōrī
Aetati solidos manere norit.
Tantum hīc effigiare crassiores.
Sub primis pueros studemus annis.
Quam frugem facīlè è suis libellis
Excerpi patientur, illa primum
Qui scripsere igitur rogo proteruos
Dentes Zoile comprimas. Licebit
Vti tramite cuique promptiori,
Cui seruire nequit brevis tabella haec.
Σωστέσθαι ἢν ἑλαχέσ, μέμνησθαι κοσμέσθαι.

AD